Morski et Gorscy Coniuges Intercisam Koboram:

sine eius Successorum ad instantiam partis alterius praemissa tenentis
aut eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex
tunc recessu supraspecificato quo ad respondendum spectat mediante semper
uno primo litterali Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere res
pondere vadia prestare lucris Iuri satisfacere ac omne Iudicatum
pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligant
eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes
causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro
pria vel minorennitate Successorum legatione extra vel extra Regnum Ser
uitio Militari ad Tractamenta ad Lichtorum vel alijs quibusvis Dilatio
nibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem
ultra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Premisliensis Dila
tionem sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationes ac earum prose
quutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis
Contumacijs suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri
bello conventioneque Iuris alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo
Stans sua praesenti personali Agnitione ad praemissa omnia mediante.

Gorscy Coniuges Małęcsinskię
mu tenentur:

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca
pitanealibus Premisliensibus Generosi Alexander Gorski et Hedvigis de magna
Lypnica Coniuges Ipsi et quidem Coniux cum eiusdem Mariti sui et Tutoris Con
iugalis assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sani mente
bus et corporibus existentes a Terrestribus Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis qui
busvis proprijs et competentibus recedendo praesentique Iurisdictioni Ca
strensi Capitaneali Premisliensi quo ad Actum Iuris attinet se cum Success
oribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subijciendo palam publice libere ac per expressum recognoverunt et qui
libet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi Generoso
Stanislao Małeczynski de Małeczyn eiusque Posteris Summam Quadringentorum
Florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in regno currentis Florenum
quemlibet grossis triginta polonicalibus computando et numerando Certi ve
ri iusti et liquidi Debiti mutuatique pecuniae tenentur atque ibet Quam qui
dem Summam suprascriptam Quadringentorum Florenorum pecuniae poloni
calis praenominati Agnoscentes Generosi Gorscy Coniuges se ac suos Successores

cum et super

cum et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis ha
bitis et habendis suprascripto Generoso Creditori suo eiusque Posteris inscribunt et obli
gant praesentibus Iure pro Die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli
proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio Actisque Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus realiter et cum effectu reponere et relinquere repo
sitamque et relictam nemini ab eodem Officio non essi diribere nec arrestare vel
alio quovis modo impugnare Deque sub vadio similis Summae aliorum quadrin
gentorum Florenorum pecuniae polonicalis per eosdem Agnoscentes Generosos
Gorscy Coniuges aut eorum Posteros suprascripto Generoso Creditori suo
eiusque Posteris ob non solutionem summae praefatae principalis et Essentialis
Debiti pro tempore et loco suprascriptis ad solvendum succumbendo.
Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro
summa ipsa principali non soluta solvenda Citati existentes memorati Re
cognoscentes Generosi Gorscy Coniuges aut eorum Successores ad Instantiam supra
scripti Generosi Stanislai Małeczynski Creditoris sui aut eius Posterorum
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu supra
scripto quo ad respondendum spectat mediante semper uno primo litterali Termino
tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere vadia praestare
lucris Iuri satisfacere ac omne Iudicatum pati debebunt ac tene
buntur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligant eundem Terminum pri
mum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Ter
minos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorenni
tate Successorum legatione extra vel extra Regnum Servitio Militari ad
Tractamenta ad Lichtorum vel alijs quibusvis Dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo ad Quietationem ultra proximos Terminos Offi
cij praefati Castrensis Premisliensis Dilationem sibi non recipiendo nullasque mo
tiones Appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis Contumacijs suspensionibus fatalijs
Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneque Iuris alijs omnibus
Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo Stantibus suis praesentibus per
sonalibus Agnitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Morski Gorskim Coniugibus tenetur:

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capi
tanealibus Premisliensibus Generosus Martinus Morski a Morsko sanus men
te et corpore existens a Terrestribus Districtualibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis
proprijs et competentibus recedendo praesentique Iurisdictioni Castrensi Ca
pitaneali Premisliensi quo ad Actum Iuris attinet se cum Successoribus et